Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36886
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

31

et animo doloroso quia non copulata uel absoluta ueraciter dici possum de uestra
uita uel morte quamuis iam elapso ulla congrua uoluntate. Unde uestram exoro probitatem affectione
qua possum quatenus tam uestre salutis quam honoris memores existentes ad propria redeatis
me tenendo uobiscum ad omnia communia sicut decet. R.

Honeste ac sapientissime domine multa uenustate ac bonis moribus rede-
mite A. G. salutem et omne bonum. Nobilis mulier cum qua nunc moror coniugali
federe copulatur uobiscum ipsam uiuente quam mortuam deputabam matrimonium non potui
consumare prohibente diuina lege pariter et humana. Quare tenore presentium
uos esse scientes in omnibus absolutam dubitatione qualibet procul mota uestram potestis
libere facere uoluntatem. De uicino ad uicinum.

Per amabili uiro uicino suo C. G. salutem quam potest. Longo tempore uicini fuimus
et amici. nec credo quod aliquis de domo mea in aliquo uel rebus uobis aliquid fecit quod debeat
displicere. quia si aliquid quod absit per me uel ex parte mea talia processissent non esset mira-
bile si uos me absente familie mee faceretis iniuriam et grauamen. quia uestram
bonitatem commendabilem exoro. Quatenus pro honore uestro et familie mee sic bonam uiciniam
faciatis. quod uobis in mea reuersione grates referre tenear et facere seruicia et
Postquam a ciuitate nostra pro uestris negociis / honores. R.
recessistis. mulier uestra cum filiis tanta mihi obprobria intulerunt quod nisi esset
amore uestri et restitisse fortiter in iniuriis respondissem. Sed quicquid uoluerint dicere
dicant et faciant confidenter quia pro bonitate quam mihi in uestra dilectione fecit patienter
tolerabo. quousque ueniatis ad propria super hiis facturi quod uidebitis expedire. De noto.

Viro laudabili et discreto P. B. eius notus salutem quam sibi. Cum noticiam
uestram acquisiui tanta mihi cuiusdam prosperitas sciencie et honoris quod nullum pos-
sem fecisse lucrum quod tantam et preciosum putarem cuius comparatione cuncta uilescunt
sicut res que diebus singulis augmentantur. ut arbor noticia que precessit uirescat et
frondibus suis umbram cultoribus prebeat gratitudinis et quietis. littere uestre tam diu
uicissitudine mutua nos commendant quousque in dilectionem sinceram noticia
se commutat et familiaritas transeat in amorem. R.

Tanta est uestra bonitas commendata dilecto magna et prudentia circumspecta
quod necdum patria mea que mediocris est et sciencia. quin nulla urbs et regalis digni-
tas de uestra noticia congaudet. Ad hanc igitur optinendam cupio laborare sic